Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel:	Heinrich, von Langenstein: Super prologum bibliae – Nürnberg, STN, Cent. IV, 5
Ersteller:	von Langenstein Heinrich
Signatur:	Cent. IV, 5

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

ea bona exterius quia non referebant
ea ad finem illum ad quem referen-
da erant. Idem tenet Cassiodo-
rus in libro de vera amicicia. Sed
pro hoc est verum semper quod nullus
scit an inter ipsum et quemcumque
alium sit vera amicicia quia nullus
scit de alio si sit in caritate nec
scit hoc de se ipso quia nemo
scit si est dignus odio vel amore
Nota — perpetuo quia licet nemo sciat
an sit predestinatus vel ad dam-
nacionem prescitus ut vult illa auc-
toritas tamen potest homo ex probabilibus
coniecturis et ex effectibus se-
vel aliud scire se esse in caritate vel ce-
nsetur secundum presentem iusticiam licet
non secundum eternam predestinacionem.
Et hoc sufficiat ad ortum amicicie
inter aliquos nec potest homo scire e-
videnter cognoscere quod alius si mo-
raliter bonus sit sed solum pro-
babiliter coniecturaliter. Igitur
3º quia dicitur contra litteram illam
fidem probate fidei etc. quod cer-
titudo fidei sit ex evidencia
vel experiencia dei influencia. Ista
materia est hic pertractari posset
longius latius contra litteram stare vel
scilicet legimus in veteribus
historiis. Ista est 2a pars huius epistole
proemialis secundum divisionem prius
factam in qua parte beatus Ieronimus
pia intencione explicat propter hoc

Circa certitudinem fidei

et 2a pars prologi

quod quesivit Paulinus an ad sacre
scripture intelligenciam pervenire
posset eciam sine doctore. Erat
enim ille Paulinus vir eruditus
et exercitatus in secularibus scien-
tiis et homo acuti ingenii ut dictum
fuit et patebit eciam in sequentibus.
Et subdividitur ista pars in tres
partes quia beatus Ieronimus primo Pau-
linum inducere conatur ut sibi
sacre scripture querat doctorem
et hoc facit dupliciter primo mo-
vendo ipsum exemplo aliorum 2º ostenden-
do ei utilitatem ex auditu
doctorum ibi nescio quid latentis
energie. Quantum igitur ad primum
exponit Paulino primo gentiles
philosophos in exemplo 2º exponit ei Pau-
lum apostolum ibi quid loquar
ad huc 3º premittit sermonem generale
et quem subiungit eius confirmacionem
per exempla dicens et
transitu laborioso quorundam
iam eruditorum peragrantur ad di-
versas regiones et ignotos populos
ut viderent et audirent presentes
famosos viros in scientiis et ista
plus patet secundum exemplum ibi pytagoras
2m ibi et plato 3m ibi ad titum
4tum ibi appollonius. Hys premissis
patet sentencia textus in generali
si legatur. Videamus ergo textum
Legimus in veteribus historiis
quosdam lustrasse provincias
novos adisse populos maria